Dissertatio inauguralis medica de insigni clysterum utilitate atque noxa ... / auctor et respondens Theophil. Ernest. Theodorus Rentsch.

#### Contributors

Rentsch, Theophilus Ernst Theodor. Ludolf, Hieronymus von, 1708-1764. Universität Erfurt.

#### **Publication/Creation**

Erfordiae : Typis Jo. Christoph. Heringii, [1748]

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/g3td3k34

#### License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA

# INSIGNI CLYSTERVM VTILITATE ATQVE NOXA,

CONSENSV ET AVCTORITATE GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS IN ALMA ET PERANTIQUA HIERANA

SVB PRÆSIDIO

## DN. D. HIERONYMI LVDOLF,

FACVLT. MED. H. T. DECANI, FAC. MED. ET PHIL. ASSESS. ORD. ET PROF. CHTM. PVBL. NEC NON CIVIT. ERFORD. PHTSICI,

PATRONI ET FAVTORIS SVI OMNI HONORIS CVLTV DEVENERANDI,


PRO LICENTIA SVMMOS IN ARTE MEDICA HONORES ET PRIVILEGIA DOCTORALIA LEGITIME CONSEQUENDI, FVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT


AVCTOR ET RESPONDENS

THEOPHIL. ERNEST. THEODORVS RENTSCH, Vinariensis.

IN AVDITORIO MAJORI COLLEGII MAJORIS HOR. CONSV. DIE VII. NOVEMBR. MDCCXLVIII.

ERFORDIÆ, typis JO. CHRISTOPH. HERINGII, Acad. Typogr.





### PROOEMIVM.



eleberrimum & frequentifimum remedium in Gallia, Clyfterem puto, in Germania a plurimis abhorretur, a multis pro inutili habetur, quidam fuspectum putant, neque de-

dam fuspectum putant, neque defunt qui noxium hoc remedium declamant. Licet autem Moliere rifum movere tentaverit, quod medicis Gallis nil nifiVenæfectio, vomitorium, purgans & Clyster in mentem veniat ad curandos graviores morbos, tamen negari non potest, quod hæc remedia legitime & caute adhibita in plurimis casibus exoptatissimam reftituant fanitatem, præcipue Clysteres in periculosissims morbis insignem atrocissima avertendi fymptomata præstant virtutem. Optandum itaque, ut Germani egregio huic medica-M 2 mento MG (0) 50

4

mento magis assuescant. Nescio autem qua ex pudicitia Clysteres abhorrent & qua ex ignorantia istos inutiles habent. Quod suspe-ctos istos putaverint, in causa est sera eorum applicatio & quod non nisi ultimo fere mortis momento ad eorum usum sele accingant, hinc sæpissime sero ista medicina parata mors eveniat, id quod clysterem effecisse suspicantur. Noxam autem Clysteres omnino inferunt, ubi miscent acria quæ tamen cavenda, & emollientes applicant, ubi simulus & irritatio indicata. Si autem medicus legitimo tempore de-bitis cum cautelis eorum usum suadet, certe non solum gravissimis morbis & symptomatibus medelam afferet, sed & sæpissime mor-tem ipsam avertet. Non displicebit itaque benevolo Lectori, fi in specimine hoc inaugurali quod mihi exhibendum incumbit, Clysterum in variis & periculosis morbis usum, corumque, si incaute adhibeantur gravem noxam explanare annitar, annuat Divinum Numen hisce conatibus, ut omnia ex voto succedant.

6. I.

#### §. I.

Alyster in genere est medicamentum quod manu chirurgica per anum in intestina crassa defertur.

5

#### §. II.

Variat hoc remedium pro diversitate morborum & fymptomatum, quibus medicinam parare intendimus. Præcipue autem clysteres dividunt in ficcos & humidos.

#### S. III.

Clyfter ficcus vocatur ubi fluidum ficcum artifice in intestina tam craffa atque tenuia per anum protruditur. Sic fumus tabaci utplurimum in usum vocatur. Non raro autem aer mediante machina pnevmatica per anum propulsus intentioni medici ex asse satisfacere valet.

#### §. IV.

Clyster humidus vocatur ubi fluidum ad intestina crassa defertur. Pro diversis autem indicationibus modo utimur aqua simplici tepida, modo addimus corpora vel salina vel sulphurea. Sic sumimus lac, juscula carnea, decoctum prunorum dulcium, hordei, vel alia modo emollientibus & temperantibus, modo refolventibus & stimulantibus mixta.

#### S. V.

Effectus ficcorum est extensio intestinorum & stimulus fibrarum intestinalium. Utimur iisdem præcipue in ileo & apoplexia.

#### §. VI.

Quod ficci extensionem intestinorum efficere va-A 3 leant 彩 (0) 5张

leant ex principiis phyficis junctis cum phyfiologicis fatis superque patet. Ex physica enim discimus aerem in cavitatem quandam protrusum, quoque augere elaterem aeris jam ibi præfentis. Elater autem hic au-Aus majorem quoque nunc vim exercet in parietes refistentes, qui si sunt molles vel elastici, ab interioribus versus exteriora moventur, & hinc cavitatem reddunt majorem, id quod extensionis nomine venit. Ex phyfiologia scimus aerem hærere in intestinis, qui a preffione aeris externi & parietum intestinalium refistentia in æquilibrio tenetur, & quod parietes intestinorum fint molles & elastici, hinc addito aere parietes hi verfus exteriora cedunt & cavitatem ampliorem reddunt, & fic extenduntur. Nunc autem fumus tabaci absque aere in intestina deferri nequit, & per machinas pnevmaticas aer ipfe in intestina protruditur, Ergo extensio intestinorum quoque sequitur. Quod autem § III. di-Etum, clysteres ficcos non folum ad craffa fed & tenuia deferri, in dubium vocare posset, ob valvulam coli, quæ regreffum contentorum ex craffis impedit in tenuia. Quilibet vero diversum solidorum & fluidorum humidorum agendi modum ab actione fluidi acrei perpendens facile ingressum fluidi talis ficci in intestina tenuia, eorumque extensionem concedet. Nec minus nunc patet, qua ratione talibus clysteribus ileus curari possit. Confistit enim iste morbus in denegato transitu fecum per tenuia & crassa intestina ad anum. In causa est sepissime infarctus fecum ob earum nimiam duritiem, non raro involutio & circumvolutio intestini ilei, rarillime autem intestini hujus inflammatio. Quod

6

Quod fecum promotionem juvare, involutionem & circumvolutionem curare poffit, hæc extensio, nemo negabit. In inflammatione quidem magis nocet quam prodeft, sed rariffime inflammatio ansam ileo præbet, & præsto funt alia remedia.

Stimulum autem efficiunt tam ob extensionem; quam ob acrimoniam volatilem qua fumus tabaci gaudet. Omnes enim fibræ elasticæ extensæ iterum sele constringere conantur. Præcipue autem fibræ elasticæ vitales, fi tenfæ, ex vitalitate magna vi fefe con-Salia autem acria irritando fibras contra-Aringunt. ationem intestinorum promovent. Hinc patet quod apoplexiæ quoque medela per clysteres ficcos afferre poffit, facta enim tali extensione & subsecuta intestinorum contractione motus fluidi nervei haud levis oritur, quo mediante stafes affectum hunc causantes expediuntur.

#### S. VIII.

Effectus clysterum humidorum præter extensionem intestinorum crasforum reperiuntur in dilutione humorum acriorum, promotione fecum, putredine quæ in toto corpore ex fecum retentione oriri poteft arcenda, emollitione intestinorum & vicinarum partium, convultionibus & deliriis avertendis, ftimuli intestinorum augmento & nutritione totius corporis.

#### S. IX.

Extensionem intestinorum efficiunt eodem modo ac clysteres ficci, quia addito clysteris humido aer in intestinis hærens in arctius cavum comprimitur & magis

gis elasticus fic evadit. Quod humorum acrimoniam clysteres humidi temperent nemo negabit, qui scit acres fieri nostri humores potissimum ob concentrationem falium. Nunc autem aqua inter omnia optimum eristit falium diluens, diluta falia vero actionem suam fortiorem amittunt. Clysterum humidorum potissimum ingrediens est aqua. Ergo & tales clysteres acrimoniam in intestinis hærentem optime temperare valent. Eo melius hoc st fi si mucilaginosa falia acria involventia clysteribus adduntur.

§. X.

Fecum promotio & evacuatio facile intelligi poteft, fi causas perpendimus fecum transitum per intestina & evacuationem impedientes. Hæ autem potiffimum funt durities & ficcitas fecum, dein strictura fibrarum intestinalium, quæ utplurimum ab ipfarum fecum infar-&arum acrimonia dependet, mediante qua cavum canalis intestinorum coar atur, ut tali ratione feces ex ampliore in angustiorem canalem permeare cogantur, quod præcipue in fecibus durioribus & ficcioribus non nifi gravi conamine fieri potest. Rariffime vero fecum in intestinis subsistentia quoque a paralysi & debilitate intestinalium fibrarum dependet. Quod attinet fecum duritiem & ficcitatem, ista non solum aquosa clysterum parte tollitur sed & si temperate resolventia junguntur optime obtinetur. Strictura canalis inteftinorum aufertur tam per extensionem intestinorum, quam ob acrimoniæ temperiem, dein etiam ob emollitionem fibrarum intestinalium

S. XI.

#### §. XI.

9

Quod putredo totius corporis a retentione fecum oriunda clysteribus arceri possit, ex eo demonftrari potest, quod talis putredo eveniat a partium sulphurearum per falia acria destructione. - Tales autem partes destructæ ex fecum retentione communicantur partim corpori nostro, partim vero in massa sanguinea a salibus acribus ex fecibus in intestinis stagnantibus in corpus delatis, destruendo partes fanguinis fulphureas oriuntur. Clysteribus autem humidis acrimoniam temperari §. IX. jam demonstratum, ergo & necessario putredinem tam in intestinis quam toti corpori communicatam arceri poffe, abundanter patet.

§. XII.

Effectum, quem præstant clysteres humidi in emollitione intestinorum nemo negat, quia emollitio fit imminuendo corporis cujusdam cohæfionem. Clyfter humidus autem partes fuas tam igneas quam aquofas porrigit fibris intestinalibus, hæ itaque leviori intermedio gaudentes, minorem poffident cohæfionem. Ergo & molliores evadunt.

#### S. XIII.

De eo autem quod §. VIII. dictum, nempe quod vicinas partes fimul emolliant clyfteres humidi, magis dubitari poffit, cum haud pauci negent transitum fluidi humidi ex intestinis in reliquas corporis partes, licet nunc iste transitus infra satis probatus existat, tamen ex fibrarum nostrarum connexione & confensu demonstrari potest. Fibræ enim intestinalium strictæ tendunt connexas fibras & hæ iterum remotiores. Hac

Hac strictura per clysteres humidos sublata ceffat & tensio fibrarum connexarum, quam sequitur relaxatio, quæ autem nil aliud est quam emollitio.

S. XIV.

Convulsiones & deliria quoque avertere possunt clysteres humidi, quia dependent a motu irregulari & affluxu spirituum nimio. Hoc autem sæpislime efficiunt feces acres in intestinis stagnantes, irritando enim fibras intestinorum maxime fensibiles toti nervoso generi talem cociliant motum & affluxum. Hæc autem acrimonia clysteribus humidis tollitur. Et licet talis motus irregularis & affluxus fpirituum major originem suam fecibus acribus in intestinis hærentibus non debeat, tamen clysteribus humidis curari posfunt, quia emollignt intestina & sic connexæ fibræ relaxantur, ut fic per consensum fibræ irritatæ tali vi, qualis ad convulfiones & deliria requiritur agere nequeant. Hinc etiam fotus in plantis pedum talibus gravioribus fymptomatibus medelam afferunt Effectus autem clysterum dintius quam fotuum durat, hinc illi his merito præferendi.

6. XV.

Stimulum fibris intestinalibus per clysteres addi posse ex co patet, quod intestina per clysteres extendantur, & sic si robur vitale sufficiens adest, ex vitalitate subsequitur fortior contractio. Uti autem relaxata una fibra altera quoque relaxatur, sic contracta una contrabitur & altera fibra, ut tali modo in toto corpore major spirituum affluxus & motus excitari possit. Ubi itaque hoc indicatur clysteribus quoque acria funt miscenda, sic enim non solum ob extensionem intestinorum

II

norum sed & ob irritationem per acria factam major seguitur contractio & ob consensum in toto corpore major motus spirituum.

#### §. XVI.

De co autem magis dubitari possit, quod §. 8. dictum, clysteribus humidis totum corpus nutriri poffe, quoniam existentiam vasorum lacteorum in intestino colo quam plurimi negant, eamque ob rationem dubitant, an nutriens quoddam in massam sanguineam per clysteres perferri possit. Hisce autem non obstantibus firma tamen manet corporis nostri per clysteres nutritio. Quia primo celeberrimi Anatomici chirurgi & medici affirmant & demonstrarunt vaforum lacteorum in intestino colo præsentiam, & experimentis sufficientibus, ubi corpus solis clysteribus nutrientibus confervatum fuit, afferta roborant. Dein etiam nemo in inteftino colo copiam notabilem vaforum lympham pro lubricandis fecibus fecernentium negabit. Et ultimo in tali statu quam maxime præternaturali actio valvulæ coli ea, ut regreffum contentorum ex colo in ileum impediat pleno jure in dubium vocari poteft. Quod attinet vaforum lacteorum in intuftino colo præsentiam, istam in brutis affirmant WEPFER. refponf. ad Paul. p. 106. GLISSONIVS de ventriculo & intest. c. XI. p. 19. In cane viderunt 3. H. PAVLA anat. Bill. NEEDHAM de form. fætus C. I. In Afino vidit MALPIGHIVS de glandul. congleb. p. 5. In equo HEISTER Ephem. Nat. cur. Cent. 6. obf. 26. In homine talia vafa lastea Dno MERY de istis dubitanti demonstravit J. H. WINSLOW. vid. ej. Unatomifche 216. B 2 handlung

12

handlung von dem Bau des menschlichen Leibes Tom. III. p. 510 Quod quoque confirmant BOHN. in circulo anatom. p. 160. WHARTON Adenogr. c. 8. WALAEVS de motu chyli p. 68. HIGHMORVS apud Spigelium L. I. P. II. p. 28. RVDBECK de vaf. ferof. c. 6. p. 206. NVCK Adenogr c. g. p. 130. Pauli Respons. ad dub. anat. p. 106. SCHELL-HAMMER Ephem nat. cur. Dec. Ann. 3. obf. 92. Ufum corum in faucium vulneribus expertus eft GAREN-GEOT. Chir. prad. Tom. I. p. 183. MORGAGN. Advers. anat. III. anim. 17. STALPART. van der WIEL observ. 25. Cent. 1. Demonstrant idem clysteres inebriantes vid. SANTORIN. observ. anat. p. 125. HOMBERG bistoire de l'academie des sciences 1700. obs. 3. RHOD. observ. med. 38. Cent. 1. Et si quoque in nonnullis hæc vafa deficiant tamen per vafa lympham in intestina secernentia abforptio fluidi nutritii ex clysteribus fieri potest. In tali enim statu ubi per fauces alimentorum & potulentorum ad ventriculum & intestina tenuia ingressus denegatur, vafa præcipue fecernentia ob defectum fluidorùm evacuata reprehenduntur, hinc fluido quod ex intestinis craffis ista ingredi conatur, nulla datur refistentia ergo omnino in ista penetrare valet. Ultimo autem superest quod non obstante valvula coli, tamen, tali statu præternaturali præfente, clyster nutriens ad intestina tenuia deferri possit. Ob defectum enim nutritionis infignem perit ista valvulæ vis, ut contentorum ex colo in ileum ingreffum impedire queat.

S. XVII.

Sufficere hæc generaliter adducta possent ad insignem clysterum utilitatem demonstrandam, sed quia

in

13

in

in arte medica palmâm omnibus præripit experientia in cafibus specialiss fimis, haud abs re erit præcipuos morbos, in quibus clysteres maximam partem faluti restaurandæ auxilium præstant, percurrere, dein quoque de noxa haud levi clysterum inconcinne adhibitorum optima erit dicendi occasio.

#### §. XVIII.

Primo loco eorum usus infignis patet in alvi frequentius contingentibus obstructionibus, quæ utplurimum originem fuam debent malo hypochondriaco, ibi enim modo bilis neque in decenti quantitate neque qualitate in inteftina evacuata feces nimis duras & ad promotionem ineptas reddit, modo vafa lympham pro Iubricandis & emolliendis fecibus secernentia obstru-Aa in causa sunt, modo utrumque causam obstructionis hujus chronicæ præbet. Si hocce curare conantur per purgantia, longiori tempore haud levis paratur Nam posito hoc fieri per pulveres & pillulas noxa. refinosas, intentioni quidem semper satis fit, sequitur enim anxia quædam & dolorofa alvi depositio, tractu temporis autem malum hoc hypochondriacum ad summum evehitur gradum, quia talia refinosa ob acrimoniam humores bonos nimis refolvunt, fimulque omnia vafa infigniter stimulant, ficque istud quod inter omnia talibus in morbis necessario desideratur lympham puto, evacuant, viscidior ergo pars remanet, & ob contractionem vasorum, quæ a stimulo nimio inducitur ad stafin & infar & um majorem efficiendum præparatur. Mitiori incedunt via qui falibus alvum apertam reddere conantur, sed non possunt evitare lymphæ hisce

in fubjectis longe defideratifimæ evacuationem, utpote quæ abhisce salibus fluidior & ad evacuationem aptior redditur. Optimo procedunt curandi modo qui remediis viscera blande aperientibus utuntur talibus in cafibus, fed quia effectus, quem statim defiderant ægroti, neutiquam tam cito evenire potest, imo paucis remedia malum hypochondriacum certo & apte tollentia nota sunt, paucissimi vero in manibus habent, præ omnibus laudandus erit clysterum effectus. Hi enim feces duras emolliunt, siccitati intestinorum resistunt acrimoniamque temperando Aricturam in intestinis impediunt, ergo fecum transitum optime per intestina promovent. Poteft & paralyfis inteftinorum, quod tamen raro fit, causam huic obstructioni præbere, quia feces vi motrice denegata subsistere coguntur. Hocce in statu acria stimulantia clysteribus addi posiunt.

#### S. XIX.

In colica five fit spasmodica vel flatulenta vel dependeat ab inflammatione clysteres non satis laudandi. Si proveniat a spasmodica strictura intestinorum clyster emolliens fibras strictas relaxat, dolorem sisti, & si caufa hujus stricturæ in ipsi intestinis hæret, istam temperando acrimoniam tollit. Si status intestina nimis extendant, per clysteres in inferiori intestini loco extenfio fit, & sic status versus hunc locum ruunt. Conducit tamen hoc in casu simul addere leniter stimulantia, ut evacuatis statibus intestina ulteriori extensioni refiftere valeant. Ubi inflammatio dolores colicos efficit, clysteres fibras intestinorum tensas emolliunt, sic dolor cessat, immo & simul stafeos expeditionem juvant, ut gangrægangræna itaque & sphacelus intestinorum optime clysteribus averti possint.

5. XX.

Calculo laborantes tam intuitu paroxyimi quam promotionis calculi haud leve fibi promittere poffunt auxilium. In paroxyimo enim urgent infignes dolores, qui a tenfione fibrarum parietes viarum urinariarum conftituentium, quæ fit per calculum, dependent. Emollitis autem per clyfteres fibris intestinalibus ob connexionem quoque relaxantur viarum urinarium fibræ, & tenfione hac fublata ceffat dolor. Simul autem fibræ tales relaxatæ calculo leviter refistunt, fic, quia utplurimum ab urina retenta premitur, fæpiflime calculus post clyfteris applicationem excluditur.

#### S. XXI.

In Ileo jam quidem laudatus est clyster siccus, suadendum tamen ut antea clyster humidus applicetur. Emollit enim hic fibras intestinales ut dein applicato ficco eo melior & levior extensio intestinorum consequi possit. Præcipue autem clyster humidus applicandus, si intestinorum inflammatio ileum effecerit, tali enim statu extensio, quæ fit per siccos clysteres neutiquam locum habet, sed emollientibus clysteribus infiftendum, quibus relaxatio intestinorum efficitur, ut dolor primario cesset, dein etiam stass expediri valeat.

§. XXII.

In apoplexia quoque non de nihilo funt clysteres humidi. Emolliunt quidem fluiditate fua intestina, addi tamen hocce fluido possunt acria quæ foluta intestinis adhærent in ista penetrant & irritatione hac motum spiri16

spirituum excitant, ut sic toto in corpore iterum sluidi nervei decens actio restitui possit.

S. XXIII.

In Diarrhœa clyfteres humidi optime conducunt, a quacunque enim caufa proveniat femper effectus quos acrimonia in inteftinis exhibere poteft, funt præcavendi, per tales clyfteres autem acrimonia diluitur & antequam per vafa reforbentia ex inteftinis toti corpori communicari poffit, evacuatur. Sæpiffime diarrhæa ab acrimonia ipfis in inteftinis hærente caufatur, quo cafu ipfa caufa per clyfteres humidos auferre poteft. Quidam a mefpilis ingeftis gravem incurrebat diarrhæam, conjectura rationi fuperftructa fuadebat purgantia & clyfterem humidum, quibus applicatis prodibat globus mefpilorum ovum æquans, hic certe in inteftini coli parte quadam ftagnaverat, & acrimonia fua inteftina irritante contentum in inteftinis ad exitum promovebat.

### S. XXIV.

In Dyfenteria omnibus aliis medicamentis clyfteres humidi fulphureis juncti palmam præripiunt. Jufcula enim & medicamenta huic graviffimo morbo utplurimum in craffis occurrente, per os affumta abforbentur a copia vaforum lacteorum in tenuibus præfente, ubi econtrario clyfter statim ad locum affectum delatus desideratum exhibere valet effectum. Efficit autem hunc morbum infignis acrimonia intestina corrodens & inflammationem istis concilians. Clyfteres vero humidi præcipue fulphurei hanc acrimoniam diluendo & falia obducendo temperant, fimulque ob emollitionem quam præstant in fibris intestinalibus, dolores a strictura fibrarum evenientes, sistunt, immo stasin expediunt & inflammationem discutiunt. Extant quidem casus ubi aliquibus clysteribus applicatis, qui autem in corpore retinebantur, ægroti morte correpti fuerunt, id quod clysteribus tribuebant, sed reperiebatur intestinum colon ita erosum ut perforatum esset. Tali autem casu etiam nulla alia medicina parata juvare valet, & se ipsum ægrotus accusare debet, quod occasionem optimam e manibus dimiserit.

#### S. XXV.

Afcarides quoque optime exftirpari poffunt clyfteribus & quidem faponaceis & acribus. Pervenit enim clyfter ftatim ad horum infectorum domicilium, fordes a quibus nutriuntur evacuat, eorum cohæfionem cum inteftino recto & fphynctere ani diluendo tollit, a partibus acribus necantur, & ftimulo inteftinorum aucto evacuantur.

#### §. XXVI.

Infignis autem reperitur clyfterum humidorum ufus in febribus acutis, quibus certe plurimi in Gallia, fi ad clyfterum applicationem tam promti non effent, fuccumberent. Hifce in morbis enim ob calorem infignem lympha in toto corpore nimis diffipatur, ut tanta quantitate quæ lubricationi fecum infervit, in inteftinum colon fecerni nequeant, hinc feces ibi fubfiftunt, ex acrimonia in putredinem abeunt, falia volatilia acria cum putridis falphureis per vafa vel chylifera vel lymphatica reforbentur & corpori commifcentur, ut videamus alvi in tali morbo obftructionem fubfequi, in-C quietuquietudines, vigilias, augmentum caloris, prostrationem virium, irritationes, deliria & convultiones, immo ipfim mortem. Quæ omnia statim applicato clystere præcaveri posiunt. Humectantur enim feces & ad exitum aptæ redduntur, diluitur acrimonia, & putredo arcetur. Abhorrent medici quidam clysteres cam ob rationem, quod videant alvi apertionem nimiam impedire crises, immo diarrhœam in talibus febribus valde periculofam inveniant. Hinc omnia purgantia disuadent, & quidem reste, quia si funt resinosa stimulum & resolutionem fotiorem inducunt, quæ eadem dicta periculosa inducunt symptomata, si sunt falina ferum bonum nimis fundendo quoque diffipant. Sed alia ratione agunt clysteres humidi. Hi enim statim ad feces deferuntur & lubricas istas reddunt, cum per os affumta diluentia in inteftinis tenuibus a vafis lacteis absorbentur. Detractis tali modo fecibus, putredo quoque & irritatio in intestinis cestat. Deliria jam præsentia & convulsiones simul curantur ob emollitionem fibrarum intestinalium factam & stricturam fibrarum totius corporis ex confensu quoque fublatam,

#### S. XXVII.

Febres billos præ omnibus aliis febribus connexam habent alvi obstructionem pertinacistimam, quia primo hisce in febribus ob calorem insignem siccitas intestinorum sequitur, dein ob bilem neque decenti quantitate neque qualitate secibus admixtam, indurantur feces, intestinaque quæ jam ob siccitatem ad constriconstricontritionem sunt prona, simulando coarctant, putredo oritur, 彩 (0) 5歳

oritur, ex quibus omnibus in febre biliofa licet levi gravifima oriuntur fymptomata, inquietudines, dein vigiliæ, deliria, convulsiones & ipfa mors. Corripiebatur juvenis viginti quatuor annorum febre biliofa haud gravi, ob neglectam autem alvi apertionem die decimo incidebat in deliria, quæ, cum per octo dies durassent, ægroto mortem minabantur. Consultus desuper alius medicus ex causis prægreffis & more hujus febris ab initio gesto, uti & vigore istius ægroti alias, optime perpendens, quod hæcce gravia deliria. non a valore febris dependere possint, & hinc justam, in causam inquirens, invenit abdomen walde tumidum fimul tamen molle, statim quæstionem movit, an & guandiu nullam habuerit alvi apertionem? & responfione secuta, quod præterlapsi sint duodecim dies, caufim & curam horum deliriorum manifestam habebat. Applicare nempe jussi clysterem, qui insigni copiæ fecum nigrarum & gravi fœtore gaudentium viam apertam satis præbebat quo facto quietus reddebatur ægrotus, & deliria imminuebantur, quæ dein in ufum vocatis vesicatoriis in totum cessabant & ægrotus vitam & fanitatem recuperabat. Præferendi tali in fratu funt clysteres quoque eam ob rationem reliquis alvum aperientibus remediis, quoniam delirio correptis pauca per os propinare valeamus, elyfteres autem invitis ipfis applicare poffumus.

S. XXVIII.

In purpura quoque si urget alvi obstructio tuto adhiberi possunt clysteres. Rejiciunt eosdem, quia vident diarrhœam supervenientem eruptionem exan-C 2 thema-

19

thematum impedire, immo ipforum exanthematum jam eruptorum retrogressum efficere, quoniam impetu fluidorum versus intestina aucto, deficit vis exanthemata ad peripheriam pellens. Sed toto cœlo differt diarrhœa ab alvi per clysteres apertione tam ratione caufæ, quam fymptomatum subsequentium. Si diarrhœa in purpura adest, testatur de graviori acrimonia lympham majori gradu fundente, intestina fortius ad ejusdem evacuationem stimulante. Exacrimonia graviori præsente etiam purpura periculosior est dijudicanda, cujus eruptio lympha per alvum subtracta difficilior redditur, vires prosternuntur, & vigiliæ inducuntur, & deliria ex continua irritatione sequuntur. Clyster præcipue emolliens autem neque fundit lympham, neque illam a peripheria intestina versus determinat, neque intestina irritat, sed e contrario feces stagnantes & acres redditas evacuando acrimoniæ cujusdam communicationem impedit, intestina relaxando deliriis contrariatur, quietum exhibet ægrotum, vires confervantur, ut eo melior possit sperari exanthematnm eruptio & fecurior fanitatis recuperandæ medela. Neque enim adeo frequenter applicantur clysteres ut diarrhœam post se trahere valeant.

#### S. XXIX.

Idem affirmari poteft de ufu clyfterum in variolis. Similiter nonnulli eorum ufum hocce in morbo abhorrent, quoniam diarrhœa quoque deprehenditur periculofa. Sed eædem rationes §. præc. in medium prolatæ ufum clyfterum fuadere valent, infuper addendum primo quod alvi legitima apertio eruptionem exanthematum 朝 (0) 5日

matum ex voto promoveat, dein quod periculofum italem in variolis statum solidissimi medici per purgantia curaffe testentur. Quod concernit eruptionis promotionem, notum est istam utplurimum impedire fibrarum cutis constrictio, quæ ab acrimonia materiæ morbificæ in initio conciliatur, fi itaque per clysteres inteftina emolliuntur, per confenfum & fibræ cutis relaxantur, ut melior & facilior contingere poffit eruptio. Sic infans trium annorum incepta variolarum eruptione corripiebatur gravi epilepfia, hac per tres dies contiuata, medicus vocatus percipiebat corpus tumidum & quod spatio 5 dierum defeeisset alvi apertio, quam ob rem clysterem jussit applicare emollientem, quo facto fecibus evacuatis ceffabat epilepfia & fequebatur optima cum euphoria copiofa variolarum eruptio. Quod autem purgantia tali in periculofo variolarum statu ubi diarrhœa supervenit, melius agant, quam adstringentia, ex eo videri licet, quod vel ab acrimonia infigni, vel a variolis in parietibus intestinorum eruptis dependeat. Adstringentibus autem acrimonia retinetur, totique corpori communicatur, hinc certo mors sequitur. Per purgantia autem acrimonia talis evacuatur, hoc facto fi vires aliquantulum fufficiant, fanitas recuperari poteft. Purgantibus autem longe præferendi hocce in statu funt clysteres, hi enim absque minima, qua metui poteít, noxa, acrimoniam temperant, & evacuant, & fi mucilaginosa sunt abstersionem & fanationem variolarum in inteftinis præbent.

Sufficiant hæcce de ufu infigni clyfterum teftantia C 3 ex

ex quibus quilibet certo concludere potest noxam clysteres afferre posse nullam, nisi illegitime & indecenter applicantur, quod potifimum fit, si clysteres acres applicentur, ubi emollientes clysteres sufficiunt & acrimonia nocet, & e contrario emollientes adhibentur ubi acres requiruntur. Necessarii autem absolute sunt clysteres emollientes tantum in chronicis alvi obstructionibus, in colica spasmodica, inflammatione intestinorum, calculo, ileo, diarrhœa, dysenteria, febribus acutis, biliofis, purpura & variolis. Si hifce in cafibus acria miscentur symptomata magis exacerbantur quam mitigantur. Sic in febre acuta aliquando clyster fyrupo de Squilla & salibus acrior redditus, dolores intestinorum, inquietudines, vigilias & calorem infignem post applicationem exhibebat, quæ omnia iterum ceffabant post applicationem clysteris emollientis. Leniter acriores redditi clysteres applicari posfunt in obstructionibus alvi chronicis & ileo, fi clysteres emollientes exoptatum non præbent effectum. Majori gradu acres propinantur in colica flatulenta, apoplexia, paralyfi inteftinorum & Afcaridibus.

#### S. XXXL

Reftant nunc quoque dicenda quædam de compofitione clyfterum humidorum. Bafis clyfterum utplurimum eft aqua, aliquando & lac. Hifce mediante cotione connectuntur tam mucilaginofa quam acria fulphureo falina, poft coctionem etiam adduntur vel demulcentia vel ftimulantia. Clyfteribus emollientibus per coctionem connectuntur mucilaginofa ex radicibus ut, Althæa, afparago, lil. alb., malv., Sarfaparilla. Herbis 彩(0)频

bis althææ, verbasc. malv. melilot. mercur. parietar. viol. fpinach. Floribus lil. alb. melilot., malv., verbafc., Seminibus, lin., fœni græc., altheæ, malv., hord. Fru-Aibus fic. pingu., prun. dulc., passul. Post coctionem adduntur olea ut lin., lin. alb. item electuaria ut diaprun, tamarind., lenit. immo ipfum mel, itemque vitellum ovorum. Leniter acriores redduntur per radices Glyz. Ir. nostr. & florent. ebuli, fœnic. Fol. Chamom. rom. & fimpl., ebul. menth. Flores Chamom. acac. aneth. fummit. artemif. absynth. Semina laur. anif. fœnic. carv. quibus post coctionem adduntur salina itemque faccharum. Fortiori gradu acres existunt clysteres per radices, bryon., afari, fibr. helleb. alb. & nigr. & purgantia fortiora ut gialapp. agar. colocynth. dein post coctionem adduntur majori quantitate syrup de squilla fel tauri, borrax venet. aliaque salia media.

#### S. XXXII.

Emolliens clyfter fi præscribendus sequenti formula proderit

Re. Rad. Alth.	Sem. fœn. græc.
Afparag.	malv. aa. 3ß.
lil. alb.	Fic.
malv. aa. 38.	Prun. duic. aa. n. v.
Hb. Alth.	C. C. C. in f. qu. aqu. fimpl.
verbafc.	B. Colat. 15j.
malv.	add. El. diaprun.
melilot.	Ol. lil. alb. aa. 3ß.
Flor. lil. alb.	vit. ov. n. I.
verbasc. aa. mß.	M.F. l. a. Clyfter.

10

In cafu neceffitatis sumi potest vel decocti hordei vel prunor.dulc.vel lactis toj & cum vitello ovorum misceri.

新 (0) 5年

S. XXXIII.

Leniter stimulans clyster sequenti præscribi potest modo

R. Rad. Glyz. Summit.artem.aa.mß. Sem. lauri. Ir. noftr. carv. aa. 38. Ebuli. Car. Pingu. n. 1v. Fœnic. aa. 3ß. C.C.C. in f. qu. aqu. fimpl. Hb. Cham. fimpl. R. Colat. 15. L. Menth. add. ol aneth. Scord. Sal. gemm. aa. 3ij. Flor. aneth. M.F. l. a. Clyfter. Cham. rom. In casu necessitatis sumi potest decoctum hordei cum 36. Sal. comm. mixtum. S. XXXIV. Clyster acris sequens este potest. F. Rad. ebul. Agar. Pulpæ coloc. aa. 30. afar. Caric. pingu. n. iij. bryon. C.C.C. in fufficient quant. fibr.hell. nigr. aa. 38. aqu. fimpl. Hb. Cham, rom. Hyffop. R. Colat. 15 j. Poll. mont. add. Syrup. de squill. Flor. aneth. borrac. venet. aa. 5]. Chamom. melilot. aa. mß. M.F. l. a. Clyfter. In casu necessitatis quoque sumi potest ibj decocti hordei iplique §j. salis comm. & fel tauri commisceatur. S. D. G.

24